

Cap. III. *Iam*⁴ *praesenti anno cum aliquibus fratribus nostris in Valentiniensi*⁵ *sinodo propter communem pacem et correctionem*^e *delinquentium, maxime ut rapinae, que ex longa consuetudine, quasi non sit culpa, parvipenduntur*^d, *de quibus fraternitas vestra, ut comprimerentur*^e, *frequentius scriptis et dictis aelaboravit, capitula quedam confecta sunt, que, [ut*^f 5 *deinceps firmiter serventur, iterum relegere et ad notitiam multorum proferre decrevimus. Visumque nobis est, ut hii, qui rapinis et depraedationibus actenus operam dederunt, humili et*^g *digna satisfactione secundum qualitatem et modum facti iuditio episcoporum suorum penitentiam*⁷ *habitori deo satisfacerent. Sed quia sub occasione generalis mali multa* 10 *sclera a quibusdam perpetrata sunt, homicidia*^h *videlicet, adulteria, rapine, incendia, sacrilegia atque infractura ecclesiarum, membrorum detruncationes et, si qua alia*ⁱ, *que nonnisi longiori penitentia*^j *censura ecclesiastica sananda sunt, ita sententiam*^k *excommunicationis moderare [nobis*^l 15 *visum est, ut hii, qui in levioribus*^m *rapinis sub quadam occasione necessitatis deliquerant, tamdiu a limine ecclesie essent seclusi et a corpore et sanguine domini suspensi, donec, in quantum valerent, seu per solutionem seu per elemosinarum deo gratam oblationem seu per veram cordis contritionem et fraternam lacrimis expostulatam indulgenciam vitam suam* 20 *emendarent et modum penitentiae atque postmodum*ⁿ *reconciliationis ab episcopo suo expeterent. Illi vero, qui per ea tempora*^o *resolutius et liberius in maioribus criminibus versati sunt et abhominabilia multa perpetrave-*

c) correptionem Hs. d) parvipenduntur (?) Hs. e) pri verloren durch ein wohl bei der Rasur entstandenes Loch im Pergament Hs. f) fehlt Hs. g) doppelt vorhanden bei Seitenwechsel Hs. h) homicidie Hs. i) alia que] aliqua Hs. j) penitentiam Hs. k) sententia Hs. l) fehlt Hs. m) levioribus] lege vilioribus Hs. n) posmodum Hs. o) tempore Hs.

4) Von *Iam* bis S. 19 Z. 5 *pace* et Übernahme des gesamten (Teil-)Kapitels aus *Mâcon* (855) c. 2, *MGH Conc.* 3 S. 375f. hier S. 375,17–376,15 (am Seitenende fragmentarisch abbrechend). Der Kursivsatz bezieht sich auf die Synodalakten von *Macon*, nicht auf den (unvollständig abbrechenden) Kanon 3 im *Decretum* von *Savonnières* in der Parallelüberlieferung im *Codex Vatican*, Reg. lat. 453. Da der Text auf fol. 79^r von *Paris* lat. 4280 B weitgehend radiert ist (und ebenso auch noch die erste Zeile auf fol. 79^v), ist nicht mehr jeder Buchstabe der ersten Hälfte des Kapiteltextes mit Sicherheit zu erschließen.

5) Gemeint ist die Synode von *Valence* (855), *MGH Conc.* 3 S. 347–365. Thematisch einschlägig wären dort die Kapitel 8–10.

6) An dieser Stelle Textabbruch im *Codex Vatican*, Reg. lat. 453, und somit ab hier nunmehr bislang unbekannter Text. Die folgenden zehn Wörter bis *suorum* sind erschlossen/rekonstruiert nach *Mâcon* (855) c. 2, *MGH Conc.* 3 S. 375,24–25.

7) Ab diesem Wort in der zweiten Textzeile auf fol. 79^v ist der Text des Kapitels nicht mehr radiert und somit problemlos lesbar.